

1210, maig, 25

*Guillema de Cervià, germana d'Arnau de Llers, fa donació a Sant Daniel dels masos Puig i Olivera de Sant Joan de Mollet, i hi afegeix el mas Enge de la mateixa parròquia per a la infermeria del monestir.*

ASD núm. 74, perg. orig., 115 x 260 mm. Còpia: Llibre 11, f. 24lv.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Guilielma de Ceruiano, soror qui fuit Arnalli de Lercio condam defuncti, spontanea uoluntate bono animo nullo me cogente, dono atque offero et cum presenti carta trado Deo et cenobio Sancti Danielis meum corpus in morte et in uita, et hoc in manu et posse Agnetis Dei gratia abbatissa predicti Sancti Danielis monasterio et eciam dono et offero in manu predictae abbatissae et omnium eius conuentum iamdicto cenobio .II. mansos quos habeo et teneo et modo possideo usque hodie in parrochia Sancti Iohannis de Moleta cum hominibus et feminabus et tenedonibus cuitis atque incultis, cum pascuis et riaris et censibus et agrariis et toltis et forciis et usaticis et cum omnibus in eis pertinentibus aliquo modo siue adiacenciis ac prouentibus, uidelicet ipsum mansum quem hábitat Raimundus de Podia et alium quem inhabitat Guilielmus de Oliuaria, hoc ob remissionem mee anime et parentum meorum. Et ego prescripta Agnes Dei gratia abbatissa, consilio et assensu nostrum conuentum (*sic*) reddo tibi prescripte Guilielme de Ceruiano predictos mansos ad uiolarium tantum, set tamen. retinemus in unumquoque illorum annuatim de censu mediam copam olei; post uero tuam mortem statim reuertantur omnia predicto nostra cenobio sicut superius est fixum. Et item eadem bonam uoluntatem dono et offero ad infermeriam predicti cenobii ipsum mansum in quo habitat Guilielmus Enge in eadem parrochia cum hominibus et feminabus et tenedonibus cuitis atque incultis cum pascuis et riaris et censibus et agrariis et toltis et forciis et usaticis et cum omnibus aliis aliquo modo in se pertinentibus siue adiacenciis ac prouentibus et hoc in manu et passe Stephanie et Marie de Palaria procuratrices in predictae infirmarie, tali uero pactu quod de expleta que inde exient ardeat omni tempore .I. lampada ante sanctimoniales ibi infirmantes, et nos prescripte Stephania et Maria de Palaria reddimus tibi prescripte Guilielme de Ceruiano predictum mansum ad uiolarium tantum, set tamen retinemus per tenedonem in illo mansa annuatim .I. copam olei; post uero tuam mortem statim reuertatur illum mansum sicut superius est scriptum predictae infirmarie. Predictam siquidem stabilitatem et donum facio per francum alodium, et rogo predicta abbatissa domina et successors eius quatinus omnibus armis pro amore Dei ad diem mei obiti faciant de pietate sanctimonialibus predicti cenobii .I. aureum de cames aut de piscibus in quacumque die acciderit. Et eciam ego prescripta Guilielma de Ceruiano, ut maius robur et uigorem obtineat locum predictam stabilitatem et donum, iuro in Deum et per hec sacrosancta .rrrr. Euangelia meis propriis manibus tacta in presencia scriptoris huius rei omniumque aliorum testium inferius scriptorium quod firmiter teneat et adimpleat et postremam uoluntatem meam faciat, sicut superius est scriptum a prima usque ad ultimam lineam. Si uero in futurum huic contractui obuiam ire passem ego nec aliquis

pro me aliqua lege diuina aut humana aut aliquo iure scripto uel non scripto, scolastico uel legali aut speciali aut consuetudine, omni consuetudini penitus et illi iuri et legi ordinatio et sub pena predicti sacramenti renuncio et promitto quod uel que modo aut de cetero que hec allegari possimus in perpetuum.

Actum est hoc .vm. kalendas iunii anno dominice Incarnacionis .MCCX.

Sig+num Guilielme Ceruiani qui hoc firmo et laudo firmarique testibus rogo. Sig+num Arnalli de Pubul. Sig+num Ermengardis de Uillanoua. Sig+num Petri clerici de Piru. Sig+num Berengarii Iordanus de Pubul. Sig+num Petri Ficulnea de eodem loco. Sig+num Ugonis de Ceruiano. Sig+num Guilielmi de Ceruiano. Sig+num Berengarii de Ceruiano.

+Berengarius presbiter qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 182-184